



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Marcvlf Monachi Formvlarvm Libri Dvo**

**Marculfus <Monachus>**

**Paris, 1635**

VI. Donatio de parua re ad Ecclesiam.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10644**

112 MARCVLFI MONACHI  
illius liberum habeatis arbitrium.  
Facta precaria ibi.

VI. DONATIO DE PARVA  
*re ad Ecclesiam.*

**S**I aliquid de rebus nostris, locis  
sanctorum, vel in substantia  
pauperum, conferimus, hoc nobis  
proculdubio in æterna beatitudine  
retribuere confidimus. Ergo ego in  
Dei nomine ille, in amore Domini  
nostrri Iesu Christi, & remissione  
peccatorum mcorum, vt veniam  
delictis meis consequi merear, in  
futurum dono donatumque in per-  
petuum esse volo, ad basilicam illā  
in honore sancti illius cōstructam,  
portionem meam in villa nuncu-  
pante illa, in pago illo, quicquid  
ibidem ad præsentam dealode pa-  
rentum, vel de quolibet adtractu,  
possidere videor, totum & ad inte-  
grum, ad præfatam basilicam volo  
esse

FORMULARVM LIB. II. 113  
esse donatum: Ea videlicet ratione,  
vt dum aduixerō sub vſu beneficij  
tantum eam , absque ullo præiudi-  
cio, vel diminutione aliqua de qua-  
libet re antedictæ basilicæ, excolere  
debeam. Post meum quoque, quā-  
doquidem Deus de hac luce volue-  
rit, discessum, de præsenti, absque  
cuiuslibet iudicium , aut heredum  
meorum expectata traditione , aut  
contrarietate cum terris, domibus,  
ædificiis, accolabus, mancipiis, cam-  
pis, vineis, syluis, pratis, pascuis,  
aquis, aquarumue decursibus, vel  
reliquis quibuscumque beneficiis,  
Aba de ipsa basilica , vel agentes  
eius, in eorum debeant dominatio-  
nem reuocare perpetualiter possi-  
endum : habendi , tenendi , vel  
quicquid exinde pro opportunita-  
te antedictæ Ecclesiæ elegerint fa-  
ciendi, liberam in omnibus habeat  
potestatem. Si quis vero quod futu-

H

114 MARCVLF MONACHI  
rum esse non credimus , nos ipse,  
quod absit, aut aliquis de heredi-  
bus nostris , seu quælibet opposita  
persona, calliditate commotus , aut  
cupiditate præuentus contra hanc  
Epistolam donationis nostræ , quā  
spontanea voluntate propter no-  
men Dei, fieri decreuimus , venire  
aut eam infrangere conatus fuerit,  
iram trinæ maiestatis incurrat , &  
cum superscripto sancto illo ante  
tribunal Christi deducat rationes:  
Insuper inferat partibus ipsius basi-  
licæ, cum cogente fisco auri tan. ar-  
genti tan. & quod repetit vindica-  
re non valeat; sed præsens epistola  
omni tempore firma & inuiolata  
permaneat, stipulatione subnixa.